

mentis Emptionis (c) potest etiam probatio fieri instrumento investituræ (d) Emphytenseos (e) sed & quibuscunque aliis legitimis probationibus, veluti præscriptione (f) Testibus; fama item publicâ & antiquâ (g) aliisque; iudiciis & argumentis (h)

(a) Domini difficilem ac periculosam esse probationem asserit, *Vasqvius lib. 2. Controv. 77. n. 5.* quia iuris est, non facti, in sensu corporeos non incurrit, sed solo intellectu & iudicio percipitur, cum in iure consistat: sic etiam, quamquam comparatè, concludit *Magnif. Dn. Carpz p. 1. Const. 16. def. 24 n. 6.* Domini probationem esse difficiliorem quam possessionis: Hinc consultius iudicatur possessorio quam petitorio iudicio agere; longè enim commodius censetur possidere & ad onera petitoris adversarium compellere *l. 24. Is, qui destinavit ff. de rei vindic. Gail. 2. Observ. 26.*

(b) Egimus de his causis thesisibus præcedentibus.

(c) *l. proprietatis 4. C. de probat. & l. cum super eo. C. de rei vindic.* cum aliis adminiculis requisitis ad acquisitionem domini: *l. cum res 12. C. de probat.*

(d) Præsertim quando justificatur ex titulo veterum authorum, *Wesenb. Conf. 21 n. 5.*

(e) *Bl. in l. 1. in fin. C. de fideicom. quem laudat Wesenb. in par. de acq. rer. dom. n. XI.* aut alterius tituli translatici, ex quo traditio facta sit.

(f) Præscriptione legitimi temporis probatur potissimum dominium, *Vasq. lib. 2. illust. controv. c. 51. num. 16. cum seqq.* Hic occurrit ista quæstio, an ex possessione quis præsumatur Dominus? Quod affirmamus cum *Magnifico Dno. Carpz. p. 2. c. 14. d. 25. n. 9. ubi allegat l. 2. C. de probationibus, l. ult. C. de rei vindicatione.*

(g) idoneam scientiæ causam allegantibus; item, fama antiquâ & publicâ *Wes. in par. d. 2. d. n. XI.*

(h) *l. iudicia 19. C. de rei vindicatione.* Fructuum perceptione quomodo dominium probetur, ostendit *Vasqv. illust. contr. lib. 2. c. 57.*

XXII. Fi.